



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

304. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Vnde supra cap. IV.

CCCI. Quicumque superbiæ facibus accensi, vel protervia stomachati, hæc quæ pro sanctæ matris Ecclesiæ tranquillitate sacerdotalique rigore à nobis unanimiter definita, manibusque propriis roborata, violaverint, placeat eos omnes anathematizari.

Si homo accusatur & negaverit. *Ex Concilio Triburienfi.*

Concil. Tribur. c. 22.
Burchard. lib. 16. c. 19.

CCCII. Nobilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatur & negaverit, si eum fidelem esse sciunt, juramento se expurget. Si antea deprehensus fuerit in furto atque perjurio, ad juramentum non admittatur. Sed, sicut qui ingenuus non est, ferventi aqua & candenti ferro se expurget,

Ut nullus alterius parræchianum excommunicet. *Ex epistola Zephyrini Pape.*

Lib. 5. Capitular. c. 159.
Burchard. lib. 16. c. 13.

CCCIII. Nemo absens judicetur, quia humanæ & divinæ hoc prohibent leges. Nul- lum namque eorum, id est, accusatorum, sententia non à suo iudice dicta constringat, quia & seculi leges id ipsum fieri præcipiunt. [*Vide lib. 7. Capitular. cap. 229. & 266.*]

De eadem re. *Ex Lege Theodosiana.*

Interpret. l. un. Cod. Theodof. De re. judic.

CCCIV. In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis nisi sua sententia teneatur.